Horatius Flaccus, Quintus; Locher, Jakob [Hrsg.]: Opera
Straßburg, 12.III.1498 [GW 13468] [Sack 1887] Seite 43a





# Ode.VIII.Ad Barinem meretricē De periurio.

s VLLA si iuris. Scenicum principium in barinem meretricem. intelligitur enim per hanc inuectionem aliquos precessisse sermones quibus noctem sibi eadem barina iureiurando ꝓmiserit. dehinc post quam fefellit eum in hęc verba velut amantem erupisse.

t IRIS peierati. Peierare est iusiurandum rumpere. & fit ex per et iuro. sed. v. in. e. mutatur & subtrahitur in verbo. in nomine autem manet. nam dicimus periurium. & non peierium.

v PVBLICA CVra. Publicus amor. nam omnes tuo amore ardent. ostēdit autem in hoc loco naturam amantium. qui quanto infœliciores sibi res suam in amore & quanto magis decipiuntur. tanto sibi quā amant pulchrior videt

x OPERTOS. Vrna conditos. Erat autē hoc apud priscos haud contemnendum iusiurandū. Vir. Per patrios cineres per spes surgentis iuli.

y ET signa ta. noc. More oratorio tendit ad grauiora. Non enim solum fallit mortales scilicet matrē sed et celestia. quoniam ipsa sidera sed deniq; ipsos immortales deos.

z SIGNA. Omēs imagines ex pluribus stellis configuratas signa appellant. precipue illa. xii. signa que in zodiaco sunt. Refert autem Plinius septuagita duorum signorū cognitionē habere astrologos in quibus sunt mille sexcente stelle. Signa autem taciturna dixit ꝓpter lunam & sydera interdiu latentia que noctis signa dicuntur. quoniā in ea apparent. interdiu autem tacere dicuntur cum nō appareant. vnde & luna silens vel tacita dicitur cum non lucet. vel dicas taciturna signa noctis pro taciturnę noctis nox enim tacita dicitur. quia tunc pene omnia tacere solēt hinc Ouidi. i. tristium inquit. iamq; quiescebant voces hominumq; canumq; Lunaq; nocturnos alta regebat equos. quod autem per sydera etiā iurarent li xii. æn. Virg. ostendit his verbis hęc eadem ænea terrā mare sydera iuro.

iurandi non obseruati

s t
V Lla si iuris tibi peierati

Poena barine nocuisset vnquam
q. d. si minima parte corporis fieres turpior crederem. &c.

Dente si nigro fieres vel vno
deformior
Turpior vngui
deos cu: arte humana postquam
deuouisti
Crederem: sed tu simul obligasti
ad vota reddenda
quin potius splendes
Perfidum votis caput: enitescis
amatorum exis
Pulchrior multo: iuuenumq; prodis
omnes. n. te appetū
v
Publica cura
vtile est
x
Expedit matris cineres opertos
i. lunam et sydera
y
Fallere: & toto taciturna noctis
i. sydera ob effectu deos
z
Signa cum celo: gelidaq; diuos
Morte carentes
assevero que amantibus facilis est
Ridet hoc inquam venus ipsa rident
a
Simplices nymphe ferus & cupido
b
Semper ardentes acuens sagittas
c
Cote cruenta.
iuuentus.
d e
Adde quod pubes tibi crescit omnis
turba seruorum
Seruitus crescit noua nec priores
quia periura.
domum
Impię tectum domine relinquunt
f
Sepe minaci.
meretricem ne vorentur a meretrice adolescentibus
barinem.
g
Te suis matres metuunt iuuencis
auari
h i
Te senes parci: misereq; nuper
Virgines nupte: tua ne retardet
splendor
Aura maritos.

a FERVS & cupido. NVmen cupidinis demōstrat immite et implacabile. & quod ignoscere nesciret nisi voluntatem veneris & iudicium sequetur. vt Virgil. Iam ꝑ ibat dicto parans et dena cupido.

b SEMPER ardentes sagit. Propertius item de cupidine. Et merito hamatis manus est armata sagittis. & pharetra ex humero gnosia vtroq; iacet Ante ferit quoniam tuti quā cernimus hostem. Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit. Ardentes autem sagittas dixit poeta propter faces quas etiam cum sagittis habet nam ex immensa sollicitudine amatorum corda ardere videntur.

c COTE cruenta. Idest sagittas cruētas acuit cote. vel dixit cruentā cotem. q. aspersam sanguine sagittarum que in ea acuuntur. Cotem autem speciem lapidis dicūt in qua ferrum acuitur. ipse alibi fungar vice cotis acutum reddere quę ferrū valet expers ipsa secandi.

d ADDE. Adiunge his que tibi creuerunt ex periurio.

e OMNIS. tibi crescit. q. d. omnes qui crescunt et crescendo in etatem veniunt amori aptam tui futuri sunt. neq; exemplo eorum quos lusisti deterrentur.

f SEPE minaci. Ostendit quantum ab amatoribus diligatur. nā cum eis etiam minax esset & asperrima. attamen eam relinquere non poterant.

g TE suis ma. Exaggerat quanta sit amatorū turba. cum ipsa petatur. & a tenellis qui adhuc in materna potius quā paterna potestate sint. idcirco appellat iuuēcos. q. qui adhuc matrem sequantur.

h TE senes parci. Metuebāt ergo potissimum diuitiis suis.

i MISEREQVE nuper vir. Zelotopia mouētur que maxime torquet nouas nuptas. que nuper asuetę amori perdite amant. & ob hoc misere.



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0089
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg